

BENEDICT XIII, Pope

GRP

10/52

INDULTI PONTIFICI
A' favore de SPECIALI MEDICINALI
Dello Stato Ecclesiastico mediato, & immediato.



FERRARIÆ Typis Hieronymi Filoni)(1732.)(*Sup. per.*


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

CLEMENS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

LAudabilis Apostolicæ Sedis rectitudo, quæ in suis actibus provida circumspectione dirigitur, fidelium quorumlibet eorum præcipue, qui ad humani corporis infirmitates curandas, pharmaca, & alia medicamenta opportuna operosæ diligentiæ studio parare, & impendere dignoscuntur, indemnitati libenter consulit, & dispendiis occurrit, ac quæ propterea provide ordinata, ac etiam ab ipsa Sede eis concessa fuisse dicuntur, ut firmiora subsistant, sæpius approbat, & confirmat, aliasque desuper disponit, prout rerum, & personarum qualitatibus debite pensatis ad publicam utilitatem, & salutem conspicit in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Consulum, ac Universitatis, & Collegij Aromatariorum Urbis petitio continebat, quod licet ipsi, eorumque antecessores pro felici Artis Aromatariæ, & illam exercentium statu, administratione diversa statuta, ordinationes, & capitula ediderint, eaque deinde Apostolica auctoritate confirmata, & nonnulla alia privilegia, & indulta ipsis Aromotariis, & eorum Universitati, ac Collegio hujusmodi per diversos Romanos Pontifices prædecessores nostros sub certis modo, & forma tunc expressis concessa fuerint. Nihilominus dicti Aromatarij his etiam statutis, ordinationibus, capitulis, privilegjs, & indultis suffulti, aliqua in dies damna, & incommoda tam in consequendis eorum creditis, quam alias pro temporum ac personarum malitia, & diversitate subeunt. Quare pro parte Consulum, ac Universitatis, & Collegii præfatorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus statutis, capitulis, ordinationibus, privilegiis, & indultis hujusmodi pro illorum subsistentia firmiori, & ne ars ipsa, illamque exercentes dum aliis prosunt, & prodesse student, suaque pharmaca, & alia remedia corpori humano necessaria credunt: damnis & incommodis afficiantur, sed suo exercitio debite in publicam uti-

Causæ concessionis horum privilegiorum.

utilitatem adimplendo efficacius intendant, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, ac alias in præmissis per infrascriptæ ordinationes remedium amplius providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur æquum esse censentes, ut qui prompte, & fideliter sua ministeria obire conantur, congruam mercedem recipiant: ac a litium incommodis, & dispendiis releventur, Consules, & singulares personas Universitatis, & Collegii hujusmodi, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, siquibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; necnon statutorum, ordinationum, capitulorum, privilegiorum, & indultorum prædictorum, ac literarum Apostolicarum, & aliarum scripturarum desuper confectarum, & in inde secutorum quorumcumque tenores ac datas præsentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula Universitatis, & Collegii hujusmodi statuta, ordinationes, & capitula licita tamen, & honesta, necnon quæcunque privilegia concessiones, immunitates, gratias, & indulta eisdem Universitati, & Collegio, ac artem hujusmodi exercentibus per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem, & Cameram Appostolicam usque in hunc diem quandocunque & quomodocumque concessa, quatenus tamen in usu existant, omnesque & singulos desuper confectas scripturas, ac literas, & cedulas etiam Motu proprio, vel alio modo signatas cum omnibus & singulis clausulis, etiam decretis in eis contentis, & appositis auctoritate prædicta tenore eorumdem præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac etiam innovamus, & de novo concedimus, illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis Apostolicæ robur adjicimus, ac illa omnia per, & ad quos nunc spectat, & pro tempore spectabit inviolabiter observari, & eisdem stari volumus, & mandamus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac quosvis alios etiam substantiales defectus, si in eis, vel aliquo eorum intervenerint, aut intervenisse dici, vel prætendi pos-

Confirmatio statutorum.

sint

sint supplemus. Et nihilominus auctoritate, & tenore prædictis statuimus, & ordinamus, volumusque, & decernimus, ac etiam Aromatariis, eorumque Universitati, & Collegio hujusmodi concedimus, & indulgemus.

Aromatarii in eorum Consulatu tantum debitores conveniant.

Quod nulli prorsus Aromatarii debitores suos pro causis ad ipsam Aromatariam spectantibus in alio Tribunali, quam Consolatus ipsorum convenire ullo modo possint; alioquin qui ex eis hoc forum, & judicium declinaverit, toties pœnam sex scutorum Ecclesiæ, & Hospitali S. Laurentii in Miranda noncupati de Urbe applicandorum irremissibiliter incurrat.

Nemo etiam privilegiatus forum declinari possint.

Quodque omnes & singulæ personæ etiam Ecclesiasticæ, ac quovis privilegio suffultæ in, & pro quibuscumque pharmacis, & rebus medicinalibus soli Consolatui in prima instantia subjectæ sint, & esse censeantur, omnesque causas, in quibus de hisce rebus quomodo agitur, seu agi continget pro tempore in solo ipsius Consulatus Tribunali in dicta prima instantia juxta fel. rec. Gregorii Pape XIII. prædecessoris nostri Motus proprii formam, ac tenorem cognosci, ac terminari debeant, exceptis tamen illis causis, in quibus in vim obligationis Cameræ Apostolicæ agetur.

Facultas Consulum visitandi, & puniendi Droghe-rios, & alios.

Et insuper liceat eisdem Consulibus præsentibus, & futuris absque aliquo cujuscumque impedimento Droghe rios, & omnes alios, qui Speciariæ, vel alias quascumque res medicinales ad prædictam Artem quomodolibet spectantes, & illam concernentes, pro quibus rebus eidem Consulatui pari modo subsint, exceptis tamen his, quæ cum Protomedici interventu visitari, & recognosci debent, sive in parva, sive in magna quantitate vendiderint, etiamsi quamvis aliam Artem mixtim exercuerint visitare, & recognoscere, ac quidquid corrupti, aut vitiati, & adulterati in eisdem repertum fuerit, sive totum, sive partem, necnon etiam ipsosmet Aromatariorum libros, in quibus fraudes aliquas commissas detectum erit projici, ac comburi facere; nec non dictas res vitiatas quascumque, ac corruptas vendentes, seu venales proponentes, & præparantes juxta delicti, & negligentiæ qualitatem debitis pœnis, non tamen corporis afflictivis afficere, quæ etiam pœnæ Ecclesiæ, & Hospi-

tali præfatis eo ipso applicentur, & applicatæ censeantur;

Fides libris Aromatariorum danda.

Ac quod Aromatariorum libris, quos mercantili more, vel secundum usum & consuetudinem dictæ artis tenuerint plena, & indubia ubique fides in judicio & extra illud in omnibus juxta formam Motus proprii piæ memoriæ Julii Papæ III. etiam prædecessoris nostri super hoc disponentis usque ad quinquennium tantum, & non ultra adhibeatur.

Debitores tenentur etiam pro rebus aliis deservitis.

At illi omnes, qui in hujusmodi libris pro rebus inde habitis debitores scripti reperientur, intelligantur, & sint usque ad dictum tempus pro rescripta obbligati, etiamsi res ipsæ non suo, sed aliorum quorumvis usui de ipsorum tamen debitorum ordinatione inservissent, seu inservisse dicerentur.

Præscriptio 15. annorum.

Talesque debitores præsciptionem aliquam contra hujusmodi Aromatariorum credita, si aliunde quam ex eorum libris probetur tam quoad præterita, quam quoad futura, nisi post lapsum sexdecim annorum juxta prædictæ Urbis Statuta allegare, seu prætendere nequeant, non obstante, quod forsan alias quodvis aliud præscriptionis hujusmodi tempus etiam magis breve per Julium ac Gregorium prędictos, seu alios Romanos Pontifices similiter prædecessores nostros concessum, sive statutum reperitur.

Prioritatis & potioritatis privilegium etiam contra privilegiatos.

Præterea quod dicti Aromatarii pro quibusvis pharmacis, & rebus medicinalibus, ac medelis per eos ad quasvis infirmitates subministratis præferantur, & præferri omnino debeant omnibus, & singulis aliis cujusvis defuncti, & decocti, aut alias quantumvis privilegiati non solventis creditoribus etiam quantumvis potioribus, ac anterioribus, & quasvis obligationes etiam Camerales, ac publica instrumenta etiam jurata, ac quavis hypotheca vallata, etiam causa dotis, & quasvis alias clausulas, seu cautelas in se continentes habentibus usque ad summam quinquaginta scutorum tantum.

Aromatarii non veniunt in discussione.

Neque sub aliqua bonorum discussione comprehendantur, nullaque cessio bonorum, sive quinquennalis, aut alia dilatio, vel Capitulum Odoardus, seu aliud quodlibet remedium a jure, vel ex speciali gratia Principis introductum, seu concessum contra dictos Aromatarios, & in eorum præjudicium super consecutione suorum creditorum occasione

me-

medelarum, & aliarum rerum medicinalium debitorum usquam valeat, nec debitoribus ipsis in aliquo suffragetur.

Et hæres defuncti solutionem rerum medicinalium hujusmodi, pro quibus ipse defunctus erat descriptus debitor, & etiam funeralium, etiam prætextu, quod adjverit hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii retardare, vel differre, aut impedire minime possit, quin executio super bonis hæreditariis interim fiat.

Executio sub quovis pretextu retardari non possit.

Mulieres vero, viris decoctis, vel mortuis, si hæreditas solvendo non sit, teneantur solvere eas omnes res medicinales, quæ pro ipsismet mulieribus servierunt, licet sub nomine, & debito viri in dictis libris notatæ reperiantur usque ad summam tamen vigintiquinque scutorum tantum factis prius per eosdem Aromatarios debitis diligentiis etiam in judicialibus contra dictorum virorum sic defunctorum, aut decoctorum bona.

Mulieres teneantur solvere res ipsis descriptas, etiam vita mariti.

Et eædem Mulieres pro rebus medicinalibus illarum filijs, & familiaribus, reliquaque familia de illarum ordine traditis usque ad summam quindecim scutorum obligare se possint.

Mulieres possint obligari pro filii, & familia.

Neminique licitum sit a sententia Consulum prædictorum appellare, ubi de summa minori quam decem scutorum prævia debita Taxa reductorum agetur, ac minus recursum habere, nisi prius facto actuali deposito penes pro tempore existentem ejusdem Collegii Notarium. In aliis vero causis dictam summam excedentibus, Laicis videlicet ad Forum, seu Tribunal Capitolinum, vel ad Cameram Apostolicam, aut ipsius Cameræ Clericorum Decanum pro tempore existentem. Præclaris vero, & personis Ecclesiasticis ad Cameram prædictam dumtaxat appellatio permissa intelligatur, semelque, & non ultra appellare, vel recurrere liceat, & hoc casu pro tempore existens Judex appellationum, seu Decanus Cameræ hujusmodi de eisdem causis summarie, & de Plano, ac sine strepitu; & figura Judicii sola facti veritate inspecta cognoscere debeant.

Quando appellari possit a sententia Consulum, & deposito faciendo, ubi sit appellandum.

Pro præmissorum autem faciliori executione, & observatione districtius inhibemus, atque interdicimus nunc, & pro tempore existentibus Gubernatori, & Senatori, ac e-

Nullus Judex possit reassumere Cau-

tiam

sus Aromatariorum. tiam Vicario dictæ Urbis necnon Auditori Cameræ prædictæ, eorumque Locumtenentibus, ac quibusvis aliis Judicibus, & Officialibus Ecclesiasticis, ac Secularibus, quacumque auctoritate, & facultate suffultis, ne aliquas hujusmodi causas reassumere, vel ad se avocare, aut aliquem præmissa de causa debitorem ad eos recurrentem audire, vel admittere, nec sese in illis contra præsentium tenorem etiam prætextu quarumcumque facultatum, & privilegiorum eis concessorum etiam ex officio, & ad cujuscumque instantiam, vel alio quovis modo ingerere, seu immiscere, minusque ipsos Aromatarios, aut eorum Universitatem, aut Collegium hujusmodi in aliquo super præmissis molestare, vel impedire, seu molestantibus, aut impedientibus favere audeant, vel præsumant. *Clausula concessionis.* Decernentes præsentes nullo unquam tempore ex quocunque capite, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel aliquo quopiam defectu notari, impugnari, in jus, vel controversiam vocari, aut adversus illas, quodvis juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari posse, sed semper & omni tempore contra, & adversus quascumque impugnationes validas, & efficaces existere, suosque effectus sortiri, & obtinere; Ac ita in præmissis omnibus per supradictos, necnon alios quoscunque Superiores, & Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, necnon S. R. E. Cardinales sublata eis, necnon eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpetrandi facultate, & auctoritate in quavis causa & instantia judicari, & definiri debere, *Decretum irritans.* necnon irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis necnon Constitutionibus, & *Clausula derogatoria.* Ordinationibus Apost. sub quavis forma, & expressione verborum conceptis, necnon prædictæ Urbis juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, necnon indultis, atque litteris Apost. eidem Urbi, ac dilectis filiis Populo Romano, necnon Gubernatori, Senatori, & Vicario Urbis, atque Auditori Cameræ Apost. hujusmodi, necnon aliis Judicibus superioribus, & personis, ac locis piis. Illorum quoque

que

que Administratoribus sub quibuscumque tenoribus ac formis, necnon cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, atque aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, ac efficacissimis, irritantibus quoque, & aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu simili, necnon ex certa scientia, atque de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam iteratis vicibus, necnon alias quomodolibet, & quandocunque concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorum quoque totis tenoribus specialis specifica, individua, necnon expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi perinde, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, necnon forma in illis tradita observata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alia in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus, necnon derogatum esse volumus, & decernimus, cetærisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, innovationis, concessionis, roboris, adjectionis, mandati, suppletionis, statuti, ordinationis, concessionis, indulti, inhibitionis, interdicti, singulorum Decretorum derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apost. ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dom. 1596. tertio Kal. Januarii Pontificatus nostri anno quinto. *N. de Pirotis*.

Etiam quo ad loca pia

Pœna contravenientia Constitution. hujusmodi.

REverendiss. Camerlengo, Tesoriero, Decano, e Chierici della nostra Cam. Apost. Avendo Noi per nostro Moto proprio confermati li Privilegi concessi dalli nostri Predecessori all'Università e Collegio de' Speziali di Roma, e concessogliene de' nuovi, ed avendo loro presentato in Camera detto Moto proprio per registrarlo nel termine delli tre mesi conforme alla Bolla di Pio IV. nostro predecessore. E

perche sopra alcuni capi esaminati da' Card. Giustiniano, e Matteo, a' quali da Noi fu commessa la revisione di d. Moto proprio, prima che fosse segnato, è stata fatta in d. Cam. difficoltà, e trattanto sono passati tre mesi. Pertanto in virtù di questa nostra comandiamo, che tenendo solo quei capi, che concernono il pregiudizio di detta nostra Cam. ammettiate, e facciate registrare detto Moto proprio fra il termine d'altri tre mesi, non obstante, che sia passato il primo termine conforme a detta Bolla, alla quale, ed a qualsivoglia altra cosa per questa volta sola deroghiamo di Nostro Moto proprio, certa scienza, ed assoluta potestà. E tanto esequirete, che questo è la nostra mente espressa. Dat. in Roma nel nostro Palazzo questo di 10. Maggio 1597.

Clemens Papa VIII.

Die Mercurii 22. Maji 1597. præsens Chirographum in Camera Apostolica per Dominos Octavianum Torellum, & Laurentium Costam deputatos, ass. a Collegio Aromatariorum exhibit. & præsentatum &c. ac ex Decreto ejusdem Cameræ per R. P. D Julio Vitellio Decano commissum fuit. Quo referente cit. prius Illust. Domino Paulo Æmilo Zacchia ejusdem Cameræ Commissario Generali, undecima Augusti ejusdem anni in eadem Camera admissum, & in illius libris, scilicet libro diversorum S. D. N. Clementis Papæ VIII. quarto fol. quarto registratum fuit.

Lucius Calderinus.



FRANCISCUS MARIA PITONIUS

Episcopus Himerien. Prelatus Domesticus SS. D. N. BENEDICTI Papæ XIII. Auditor , & Iudex Commissarius specialiter electus, & deputatus.

CUM Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS Divina Providentia Papa XIII. supplicationibus Aromatariorum Status Ecclesiastici benigne inclinatus Chirographum manu Sanctitatis Suæ externa die subsignatum, nobis pro exequutione in eo contentorum direxerit , tenoris sequentis videlicet --

Monsig. Francesco Maria Pitoni

Vescovo d' Imeria nostro Uditore.

CI è stato rappresentato per parte de' Speziali del nostro Stato Ecclesiastico , che da diversi Sommi Pontefici Nostri Predecessori , e particolarmente dalla felice memoria di Clemente VIII. con suo Breve spedito l' anno 1596. sono stati concessi al Collegio de' Speziali di questa nostra Città molti Privilegi per sostegno della loro Arte , e per facilitar l' esigenze de' loro crediti provenienti da robe medicinali somministrate , e specialmente, che alli loro Libri tenuti legalmente, secondo l'uso della loro Arte , debba prestarsi l' intiera fede in Giudizio , e fuori di esso per lo spazio d' un quinquennio , secondo la forma del Moto proprio sopra di ciò precedentemente concesso dalla fel. me. di Giulio III. che li debitori descritti in detti Libri siano tenuti per detto quinquennio al pagamento delle robe medicinali , benche date , e servite per uso d' altri d'ordine d'essi Debitori ; che detti loro Crediti, quando possano giustificarsi aliunde , che da'detti loro Libri,non si prescrivano se non doppo il corso d'anni sedici ; che per detti loro Crediti fino alla somma di Scudi cinquanta solamente siano preferiti a tutti gli altri Creditori quantunque privilegiati, anche ipotecari, anteriori, e poziori,e per causa di Dote , o in vigore d' obbligo Camerale , che contro di

essi, ed in pregiudizio di detti loro Crediti non possa allegarsi, nè ostare discussione, o cessione de' Beni, Quinquennale, Cap. Odoardus, o qualunque altro rimimedio legale, anche concesso per ispezial Grazia del Principe, che l'erede anche benefiziato non possa impedire l'esecutione contro li Beni ereditari del defunto debitore per prezzo di dette robe medicinali; che le Donne siano tenute al pagamento del prezzo de' medicinali serviti per loro stesse fino alla somma di Scudi venticinque, benche ne' Libri apparisca nottato e descritto il debito in nome de' loro Mariti defunti, o decotti, fatte però le dovute diligenze, anche giudiziali contro i Beni di detti loro Mariti; e finalmente che le Donne per prezzo de' Medicinali serviti per loro stesse, o di loro ordine per i loro Figlj, Famigliari, e Famiglia possano validamente obbligarsi fino alla somma di Scudi quindeci, come da detto Breve impresso a noi esibito, al quale, secondo il suo vero tenore e forma, si abbia relazione, e non altrimenti &c. E siccome anch' essi impiegano tutta la loro industria in preparare, e somministrar i medicamenti agl' infermi per la ricupera della salute, e molte volte si vedono in evidente pericolo di perder i loro Crediti, specialmente ne' presenti tempi penuriosi, in grave pregiudizio delle loro Famiglie, e in detrimento della loro Arte; così ci han supplicato, che vogliamo estendere anche a loro favore gli accennati Privilegi, come sopra concessi alli Speziali di Roma, militando con essi l'istesse ragioni, e motivi, che mossero il predetto Pontefice a farne la concessione, e Noi riflettendo, che tal' instanza sia molto giusta, e ragionevole, e che da ciò non ne risulta verun pregiudizio al pubblico; anzi che si dà motivo à detti Speziali supplicanti di procurar con maggior diligenza ed attenzione la salute degl' infermi per la maggior sicurezza d' ottener la soddisfazione de' loro Crediti, siamo volentieri condiscesi a consolarli, come in appresso. Avendo pertanto nel presente nostro Chirografo per inserto, e di parola in parola registrato l' intiero tenore del Breve di detto Clemente VIII, nostro Predecessore, come sopra, spedito, de' Privilegi sopra enunziati dal medesimo concesi al Collegio de' Speziali di questa nost

Città

Città, ed ogni altra cosa quantosivoglia necessaria d' esprimersi, di nostro Moto proprio, certa scienza e pienezza della nostra suprema potestà vi ordiniamo, che in nome nostro estendiate, siccome noi estendiamo tutti li sopra espressi Privilegi concessi dal suddetto Clemente VIII. nel sopra riferito Breve a favore del Collegio de' Speziali di Roma, anche a favore di tutti li Speziali del nostro Stato Ecclesiastico, e di tutti i luoghi a noi, ed a questa S. Sede mediatamente ed immediatamente soggetti, dichiarando, siccome noi dichiariamo, vogliamo ed ordiniamo, che tutti li Speziali di detto nostro Stato debbano perpetuamente godere tutti i predetti Privileggi, come se questi fossero stati precisamente, ed effettivamente concessi anche a tutti i dd. Speziali del nostro Stato, e come se tutti loro fossero stati espressamente compresi e nominati in detto Breve, e che questo fosse stato formalmente spedito a loro favore, e in tal forma in esecuzione del presente nostro Chirografo ne pronuncierete Decreti, ed in caso di bisogno rilascierete mandati, e farete tutt'altro, che per il totale adempimento e perpetua sussistenza di questa nostra Grazia stimerete in qualunque modo esser necessario, per esser così mente, e volontà nostra espressa. Volendo e decretando, che al presente nostro Chirografo, benche non ammesso, nè registrato in Camera non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, nè d' alcun altro vizio o difetto della nostra volontà ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti possa esser impugnato, moderato, o rivocato, e che così, e non altrimente, debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpetrarsi da qualunque Giudice, e Tribunale benche Collegiale, Congregazioni anche di Rev. Cardinali, Legati a Latere, Camerlengo di S. Chiesa, Tesoriere, e Presidenti, Uditori di Rota, Chieri di Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà e giurisdizione di definire, ed interpretar diversamente, e dichiarando noi fin d' adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno d' essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato contro la forma, e disposizione del presente nostro Chirografo,

il quale vogliamo che vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la semplice nostra sottoscrizione, benche non vi siano stati chiamati, sentiti, nè citati quelli, che in qualunque modo vi avessero, o pretendessero avervi interesse, non ostante, che detto Breve sia ristretto alli soli Speziali di Roma, la Bolla di Pio IV. nostro Predecessore, De registrandis, la regola della nostra Cancelleria, De jure quæsito non tollendo, e qualsisieno altre costituzioni, ed ordinazioni Apostoliche, nostre, e de' nostri Predecessori, leggi, statuti, riforme, stili, usi, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole, avendone il tenore quì per espresso, e di parola in parola inserto, e supplendo noi colla pienezza della nostra potestà Apostolica ad ogni vizio e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire per questa volta sola, e per l' effetto suddetto ampiamente, ed espresamente deroghiamo. Dato dal nostro Palazzo Apostolico Vaticano questo dì 12. Gennajo 1729.

Benedictus Papa XIII.

Volentes itaque injuncta nobis ab eodem SS. D. N. Papa debitæ exequutioni demandare, utendo facultatibus nobis in eodem Chirographo tributis, omnia & singula Privilegia in præfato Chirographo singulatim enunciata, concessa per sa. me. Clementem Papam VIII. Collegio Aromatariorum hujus Almæ Urbis per literas Apostolicas in forma Brevis expeditas anno 1596. ejusdem SS. D. N. Papæ nomine extendimus etiam favore omnium & singulorum dd. Aromatariorum Status Ecclesiastici, omniunque locorum S. Sedi Apost. mediate & imediate subject. declaramus propterea, volumus, & mandamus, omnes Aromatarios ejusd. Status Ecclesiastici perpetuis futuris temporibus frui, & gaudere debere omnibus Privilegiis prædictis, ac si ista præcise, & effective etiam ipsorum favore concessa fuissent, ipsique in eodem Brevi expresse comprehensi, & nominati forent, illudque formaliter eorum favore fuisset expeditum, in omnibus

nibus, & per omnia iuxta formam, seriem, ac tenorem memorati Chirographi, non obstan. Costitutionibus Apostolicis, Legibus, Statutis, cæterisque aliis, quibus idem SS. D. N. Papa in præinserto Chirographo derogat.

In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Palatio Apostolico Vaticano, & ex Ædibus nostris hac die 13. Januarii 1729.

Loco ✠ Sigilli

F. M. Episc. Himerien. Jud. Com.

✠ Signo Honus

Salv. Paparoccius Caus. Curiæ Cam. Apost. ac Illustriss. & Reverendiss. D. Aud. SS. D. N. Papæ Not.



